

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Index rerum omnium tam in duobus tractatibus de doctrina christ. et stuta
rel. quam in univ. philosophia contentarum - Ettenheim-Münster 106

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

R

[urn:nbn:de:bsz:31-110995](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110995)

et in quo consistant, ib. §. 9. n. 237. et 241.

Quantitas. Quantitas propositionis, quid sit, Log. p. 2. c. 2. §. 2. n. 120.

Quantitas corporis, an alia sit interna, externa alia, Phys. univ. c. 1. n. 8. et seqq. An quantitas externa, seu actualis extensio corporis naturalis sit de ejus essentia, Exercit. Philos. ex Phys. univ. Exercit. 3. n. 117. et seqq.

Quantitas motus corporis, quid sit, p. Phys. univ. c. 4. §. 4. n. 106.

Quies corporis, quomodo definiatur. Status vel modus, vel relatio realis et positiva dici potest, non sola motus privatio, Phys. univ. c. 4. §. 2. n. 98.

R.

Ramus. quid sit, p. Phys. partic. p. 2. c. 1. §. 2. n. 9.

Ratio. quid sit, metaph. p. 2. c. 3. §. 3. n. 162. Item Ethic. c. 2. §. 2. n. 25. An humana ratio sit regula actuum humanorum, ib. c. 4. §. 3. n. 88.

Ratiocinatio, quid sit, Log. p. 3. n. 150. et ib. c. 1. §. 1. Est quedam Judicii species, ib. n. 152. in ea duo saltem praeferri debent judicia, in quorum uno contineatur, et in altero ostendatur contineri tertium aliquod ex iis deductum, ib. n. 153. Est simplex mentis actus, non quippiam compositum, ib. n. 154. et seqq.

Rationes. Rationibus reddendis obnoxii non possunt ingredi Religionem, nisi prius ab illis se expedierint, Tr. de Stat. Relig. c. 3. n. 51.

Reductio Syllogismorum imperfectorum ad perfectos, quid sit, Vid. Syllogismus.

Receptaculum Bequeti. quid sit, Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 4. n. 51.

Reflexio motus corporis, quid sit, p. Phys. univ. c. 4. §. 4. n. 108. unde sit repetenda, ibid. §. 5. n. 121.

Refractio motus corporis, quid sit, et quomodo fiat, Phys. univ. c. 4. §. 4. n. 109.

Regio clementaris, quid sit, et an in ea contineantur quatuor Beripateticorum elementa, Phys. partic. p. 1. c. 3. n. 90.

Regio umbilicaris ventris, quid sit, p. Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 1. n. 33.

Regressus in demonstrando vitiosus non est; quomodo fiat, Log. p. 4. c. 1. n. 209.

Regula. Regula Monastica, quid sit, et quomodo definiatur, Tr. de Stat. Relig. c. 9. n. 167. Quilibet legitime professus tenetur sub gravi peccato generatim ad Regula seu

Constitutionum Religionis, quam profitetur, observationem.
Unde etiam Superior peccat mortaliter, si sua dissimulatione
permittat frequentes Regulae aut Constitutionum transgressio-
nes, ibid. n. 168. Regula S. Benedicti in materia vo-
torum obligat sub mortali, ib. n. 169. An vero extra ma-
teriam votorum obliget sub veniali, an autem solum ad
penam, controversant Doctores, ibid. Referuntur ar-
gumenta eorum, qui volunt eam sub veniali obligare, ib.
S. i. n. 170. et eorum, qui negant, p. ib. S. 2. n. 171. Quae sit
nostra sententia, ib. n. 175. et 176.

¶ Regula actuum Relatio. Quid sit Relatio. alia est essentialis, accidentalis alia.
In hac tria distinguuntur, Subiectum nempe, terminus,
et fundamentum. Quid haec sint. Quae ad se se referun-
tur relata, seu potius correlata vocantur. Quoniam sint
fundamenta Relationum, et inde petantur, Metaph. p. i.
c. 2. n. 26. Relationes in Deo. vid. Deus.

Religio. Quid sit, et quomodo definiatur, et quibus Deo exhibeatur, Ethic. c. 2. S. 3. n. 30.

Religio seu Status Religiosus, quid sit, Tr. de Stat. Relig. c. 1. n. 1.
Quisvis juris sui homo Religionem ingredi potest, ibid. c. 3. n. 44.
Sciis qui alteri obstrictus est, nisi cum illius consensu, ibid.
n. 46. Unde Episcopus non potest ingredi Religionem nisi cum
consensu Capae, ib. n. 47. nec conjuncta consummate Matrimo-
nio sine alterius consensu, ib. n. 48. nec qui virginem sub
vera vel ficta promissione Matrimonii defloravit, ib. n. 49.
Nec illi, qui creditoribus non sunt solvendo, si intra paucos
annos manendo in saeculo eis satisfacere possint, p. ib. n. 50.
Nec rationibus reddendis obnoxii, ibid. n. 51. Nec servus le-
gatus, seu, ut vocant, Manipium absque consensu Domini
sui, ib. n. 52. Nec impubes, ib. n. 53. Nec filii, qui-
bus sunt parentes impubes, si eis nominis per filiorum obsequi-
um commodè subveniri possit, ib. n. 54. Imò filius in Re-
ligione jam professus egredi tenetur, repugnante etiam
Superiore, si parens sit in extrema necessitate, nisi
aeque ei à Monasterio succurratur: si tamen parens sit
solum in gravi necessitate, non tenetur egredi, nisi ante
professionem suam parens in eam incidit, id est, si adhuc
sit Novitius, ib. n. 55. Filius, qui prius cognita parentum
necessitate, nihilominus professionem in Religionem emittit,
valide id facit quidem, sed illicitè; hinc etiam talem licenter
susipientes peccant, ib. n. 56.
Simoniacum est ab ingrediente Religionem petere vel pa-
risi certam pecunia summam pro eius susceptione, ib. c. 4.
S. i. n. 64. et 65. vid. Novitius.

Religiosus. Quis sit, habetur ex Definitione Status Religiosi, Tr.

4

De Stat. Reliq. c. 1. n. 1. Religiosus peccat mortaliter, quando con-
 temnit ea, quae sunt sui instituti, et ad perfectionem condu-
 centia, etsi per se nec ad culpam nec ad poenam obligent, Tr.
 De Stat. Reliq. c. 2. §. 4. n. 30. Religiosus, qui habet consue-
 tudinem frequenter non observandi sed transgrediendi instituta
 Regularia, est in statu mortifero, ib. n. 31. et leg. Religiosus
 sive studiis occupatus, sive negotiis rei familiaris ac domestica
 implicatus, sive ad curam animarum expositus, sive in quo-
 cunque officio, dignitate, aut aetate constitutus semper sub
 gravi tenetur tendere ad perfectionem, ib. §. 5. n. 38. Pec-
 catum Religiosi gravius est, quam peccatum saecularis, ib. n. 37.
 Religiosus quilibet magis obligatur ad propriam, quam ad
 alienam perfectionem promovendam, ib. n. 38. Religiosi
 Novitii summam operari impendere debent, ut adiscant,
 quibusnam mediis ad perfectionem status Religiosi pervenire
 possint, et hoc quidem non mere speculativè duntaxat, sed
 etiam practicè, ibid. n. 39. Religiosum summum
 affectu Religioni commodum et profectum, si sit Regularis
 disciplina amans et custos, ib. §. 5. n. 41. Vid. Professio Religio-
 sa. Religiosi solemniter professi non possunt habere
 Dominium in particulari; possunt tamen habere idud in
 communi, exceptis tantum Minoribus de observantia, et
 Capucinis, ib. c. 6. §. 1. n. 121. et 122. Religiosus vi voti
 paupertatis tenetur uti rebus tanquam non suis, scilicet
 excludendo omne proprium jus in eas, p. Unde peccat, qui
 ante professionem pecuniam, censum, et similia sibi re-
 servat, ut nimirum eis utatur post professionem ad suam
 arbitrium sine dependentia Superiorum. Licetum tamen
 est Religioso habere depositum seu aliquam pecuniam sum-
 mam ad usus honestos apud Depositarium seu Superiorem
 ad hujus usum revocabiliter, ib. §. 2. n. 124. Religiosus
 vi ejusdem voti tenetur uti rebus de rationabili Superio-
 rum voluntate, id est, de licentia explicita, vel saltem im-
 plicita. Unde peccat, qui ab aliis sive extraneis, sive domes-
 ticis donata recipit, vel retinet contra, vel citra ullam Su-
 perioris licentiam: item qui res quovunque modo acquiritas
 occultat, ne auferri possint; vel si Bralatus eas abstule-
 rit, innumerat: item qui esculenta aut potulenta abs-
 que licentia Superioris accipit, et assumit: qui libros, Ma-
 nuscripta, p. e cellis aliorum surripit: qui absque uba Superio-
 ris licentia res Monasterii alius sive extraneis sive domesticis
 donat, vel commodat: qui pecuniam vel aliam rem ad cer-
 tos usus à Superiore destinatam et sibi concessam contra
 ejusdem voluntatem ad alios usus expendit: qui in rebus sibi
 ad usum concessis non utitur debita diligentia, eas destruit,
 amittit, p. per culpabilem negligentiam: qui multas
 res succipivè cum Superioris licentia coaccernat, et tam-

545

dem magnam eorundem retinet annulum: qui mutuum ab
aliis accipit: qui remittit consanguineis suis summam pecu-
niae ipsi quotannis de licentia Superioris sui ab eisdem debitam
ad usus honestos expendendam: qui in itinere viq. constitu-
tus quaedam de suo viatico parvis vivendo subtrahit, atque in
alios usus expendit: qui rem postea estimabilem, vel cer-
tam pecuniam summam ab amicis vel consanguineis acceptat,
postea vero eam accipere venit, vel acceptam remittit: deni-
que qui falsis informationibus, aut importunis vexationibus
a Superiori licentiam extorquet accipiendi, habendi, vel dandi
aliquid, vel etiam si Superior illud permittat, et consentiat,
sed absque justa causa, ib. n. 125. et 126.

Religiosus uti debet rebus intra terminos honestatis: unde Su-
perior committit sacrilegium contra votum paupertatis con-
vitiis proprietatis, si superflue expendat bona Monasterii,
aut in usus profanos aut illicitos applicet.

Religiosus quoque facile peccat contra votum paupertatis, si
vasa aurea, aut argentea, gemmas, annulos, vestes sericas,
picturas pretiosas, p. etiam cum licentia Superioris ha-
buerit; item si esulenta et poulenta absque necessi-
tate sumat. Non tamen statim est mortale, si cum
licentia Superioris habeat quaedam superflua ex rebus or-
dinariis, sive occurrentibus, et quandoque necessariis,
cum modo non sint vana, sumptuosa, extraordinaria,
vel in notabili quantitate et exesse, ib. §. 2. n. 124. et seqq.

Religiosus recipiens etiam sine licentia Superioris res ma-
gnae valoris commodatas non peccat mortaliter, si ex
tali commodato Monasterium nullum patiatur dam-
num, ibid. §. 3. n. 129.

Religiosus habens libros, aut alias res ad usum, quibus alia,
non utitur, nec indiget, graviter peccat contra votum
paupertatis eas aliis suis confratribus commodare veni-
ens, si materia sit gravis, et interveniat mandatum Su-
perioris; si vero tale absit, solum contra charitatem,
et regulariter loquendo tantum venialiter, ib. §. 3.
n. 130.

Religiosus permutans res aliquas magni valoris cum alio
eiusdem Monasterii Religioso non peccat contra vo-
tum paupertatis, sed contra obedientiam, si alias hoc
permutatio sit vetita, scilicet si cum extraneo, p. ibid.
n. 131.

Religiosus paupertatem violat, si sine licentia Supe-
rioris rem ad certum usum deputatam immutet, et ad
proprium usum sine eius licentia applicet, ib. n. 132.
Lusus equidem Religiosis convenire non videtur, sub cer-

tis tamen conditionibus licitus esse potest, ib. n. 133.
Ea materia dici debet gravis in furto Religiosi, quae suffi-
cit ad mortale peccatum in homine Saeculari, ibid. §. 4.
n. 136. et seqq.

Materia gravis quoad furtum Religiosorum in Monasteriis
egenis sufficere videtur unus florenus, in mediocriter di-
vitibus duo, in ditioribus tres, in ditissimis quatuor aut
quinque. Ad restitutionem tenetur quisquis à Re-
ligioso aliquo pretio aestimabile accepit sine licentiâ
Superioris ipsius sibi datam, ipse autem Religiosus,
acceptante non restitente, ordinariè non tenetur
ad restitutionem, ib. §. 5. n. 142.

Proprietarius est omnis ille Religiosus, qui petendit jus
aliquod in substantiam rei pretio aestimabilis; item qui
citra debitam licentiâ aliquod temporale accipit, retinet,
dispensat, donat, expendit, consumit, perdit, destruit;
item qui rem à suo Superiore acceptam postmodum pro-
pria voluntate donat, commutat, vel alio modo de eâ dis-
ponit independenter à Superioris voluntate; item qui
voluntatem habet dominium retinendi, jus aliquod pre-
tendendi, rem sibi appropriandi; item qui sibi nudum
usum facti independenter à Superiore assumit; et qui
clam insidiosque, aut invito Superiore dat vel accipit lit-
teras, ibid. n. 143.

Coena Proprietariorum Religiosorum sunt privatio com-
munionis altaris, vocis activa et passiva in Capitulo, pu-
nitio statuta à Regula, privatio Sepultura Ecclesiasti-
ca, et exhumatio, ibid. n. 144.

Religiosus sub gravi peccato obligatur, ne temerè deserat
vel immutet habitum Religionis, ib. c. 10. §. 1. n. 181. et
si temerè idem deponat, incurrit excommunicationem
latae sententiae, ibid. n. 182. Videtur etiam, quod teneat-
ur illum gestare in lecto, ib. n. 183. Vid. Censura.

Reses. Quid, quot, ubi et quomodo constituti sint, p. Phys.
partic. p. 2. c. 3. §. 2. n. 46.

Res. Vid. Substantia.

Resina. cur olei seu Sulphuris nomine donetur, Phys. partic.
p. 1. c. 5. §. 2. n. 143.

Resolutio corporis mixti, quid sit Phys. univ. c. 3. n. 93. An
detur resolutio corporis mixti usque ad materiam pri-
mam Berinateticorum, ibid. n. 94.

Respiratio. Quid sit, quibus partibus constituatur, et quomo-
do fiat, Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 7. n. 58.

Ros matutinus, quid sit, p. Phys. partic. p. 1. c. 3. §. 2. n. 96.

6

Retina, pars oculi, an sit visus Organum, p. Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 10. n. 73.

Rota dentata, quid sit, Phys. univ. c. 4. §. 8. n. 139. Per rotas dentatas vim visus multiplicare, ibid. n. 139.

Rubinus, seu Castaneulus, color ipsius, p. Phys. partic. p. 1. c. 7. §. 3. n. 153.

S.

Sabbatum. Quid sit, p. Phys. partic. p. 1. c. 2. §. 8. n. 62.

Sacramentum. Quid sit, Eclesia Sacramenta quae et quot sint, Fr. de Doctr. Chr. p. 3. c. 3. §. 1. n. 163. et 164. cur sint instituta, ibid. n. 165. et à quo, ibid. n. 166.

Sagacitas. Quid sit, p. Ethic. c. 2. §. 2. n. 25.

Sal. Quid hoc nomine intelligatur, Phys. partic. p. 1. c. 5. §. 1. n. 139. quotuplex sit, ibid. Sal communis quibus partibus constat, et quotuplex sit, ibid. n. 139.

Sal Chymicorum quid, et an corporis naturalis elementum sit, Phys. univ. c. 3. n. 90. p.

Salitudo Maris. Vid. Mare.

Salutatio Angelica. Quibus verbis concepta sit, et unde desumpta, Fr. de Doctr. Chr. p. 2. c. 2. §. 3. n. 115. et 116. Quis sit ejus sensus, ibid. n. 117. Vid. Maria.

Sanguis. Circulatio sanguinis, quomodo fiat, et vivatur, Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 5. n. 57.

Saphirus. Color ipsius, p. Phys. partic. p. 1. c. 5. §. 3. n. 153.

Sapores. In quibus consistant, Phys. univ. c. 5. §. 4. n. 223.

Satellites Jovis. Illorum situs et motus, Phys. partic. p. 1. c. 2. §. 5. n. 55.

Satisfactio, seu in seipso acquiescentia; ad quid utilis sit, Ethic. c. 3. §. 5. n. 63.

Saturnus, planeta. Idius situs et motus, Phys. partic. p. 1. c. 2. §. 5. n. 55.

Saxum. Unde oriatur, Phys. partic. p. 1. c. 5. §. 3. n. 145. et 146.

Scaliger [Josephus] quis, p. Phys. partic. p. 1. c. 2. §. 8. n. 7. in not.

Scapus. Quid sit, Phys. partic. p. 2. c. 1. §. 2. n. 6.

Scientia. Quid sit, Log. proem. §. 3. n. 22. An scientia, fides, et opinio simul consistere possint in eadem mente de eadem re, ibid. p. 4. c. 1. n. 206. Item Exercit. Philos. ex Log. tract. 6. n. 46. et leg.

Scotomia, quid sit, et unde nascantur, Phys. partic. p. 2. c. 3. §. 11. n. 76.

Scotus [Dund] quis fuerit, Metaph. p. 1. c. 2. n. 19.